



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hermanni Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo

Conring, Hermann

Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680

§. I. Generalis hujus Pacis idea.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9585

SECTIO I.

Qualem Pacem desiderent Protestantes.

§ I.

Generalis hujus Pacis idea.

UT de Pacis æquitate vel iniquitate pronunciemus, necesse est condiciones nôsse, quas certum vel verisimile sit à Protestantibus ac eorum complicitibus propositum iri. Occurrunt autem sequentes.

I. Ut Pax religionis Anno Christi 1555. constituta quoad omnes articulos & clausulas Protestantibus favorabiles facta tecta in perpetuum maneat & de novo confirmetur. Neque enim huic fundamentali scilicet Imperii Constitutioni quidquam detrahi patientur.

II. Eadem Pax extendatur ad bona & Jura Ecclesiastica, quæ post & contra illam Catholicis eripuerunt Occupârunt autem ab eo tempore viginti ferè episcopatus sive Ecclesiasticos Imperii Principatus, aliasque Ecclesias & Mōnasteria absque numero.

III. Ad omnia vel aliqua bona ac Jura Ecclesiastica, quæ hisce annis Catholici justo bello aut Judicio recuperârunt, in specie quæ sunt in Palatinatu Protestantibus restituenda.

IV. Ad Civitates Imperii, ut potestatem reformandi Principibus aliisque Staribus parem, quam hætenus contra dictam Pacem usurpârunt, perpetuò & liberè exercent.

V. Eadem Pax denique extendatur ad Calvinismum, iisdem conditionibus, quibus illam obtinuit Confessio Augustana. Neq; Status Calviniani acquiescent, donec id impetraverint.

Atque hæc certa & præcipua sunt eorum desideria. Quibus an plura, v.g. relaxationem Reservati Ecclesiasticorum, libertatem religionis in Provinciis Catholicis, aliaque sint addituri, tempus dabit.

NB. Imò jam dedit. Nam & hæc & plura alia in postremis Comi-

Comitiis, & in Conventu Monasteriensi ac Osnabrugensi petierunt, ut ex Gravaminibus, que obtulerunt, constat.

§. II.

*Quas Conditiones PAX Religionis**contineat.*

CUM PAX de quâ modò agitur, sit quædam Pacis Religionis confirmatio, extensio aut ampliatio, hujus conditiones pernoſcende ſunt, ut de illâ judicium feramus. Videtur autem PAX Religionis, prout Reſſui Comitiorũ, Anno 1555 inſerta eſt, ad octodecim ſequentes articulos redigi poſſe.

I. Nullus Status imperii propter Auguſtanam Confessionem invadatur, lædatur, opprimatur, neque in vitus ab illâ, ejuſque fidei ritibus, ordinationibus, quas vel inſtituerunt Proteſtantes vel inſtituturi ſunt, in ſuis Principatibus ac dominiis repellatur, gravetur, aut contemnatur.

II. Vicisſim Status Auguſtanæ Confessionis contra Catholicos nihil attentent,

III. Controverſa Religio aliter quàm Chriſtianiſ amicis ac pacificis viis & mediis non componatur.

IV. Qui alterutri harum Religionum addicti non ſunt, hæc Pace non comprehendantur.

V Si ArchiEpiscopus, Episcopus Prælatuſ, aliùſve quiviſpiam Ordiniſ Eccleſiaſtici, à Catholicâ Religione reſſerit, Eccleſias & Beneficia cum fructibus abſque morâ quidem, ſed ſine detrimento honoris ſui, relinquat.

VII. Eccleſiaſtica juřiſdictio ad verſuſ Auguſtanam Confessionem ejuſque Miniſtroſ, rituſ, Ordinationeſ, quaſ inſtituerunt, aut inſtituent, quieſcere atque ſuſpenſa eſſe & manere debent.

VIII. Catholicis redituſ, Cenuſ, Penſioneſ ſalvæ maneant, ſalviſ juřiſ ſæcularibuſ ejuſ Status, in cujuſ territorio iſt hæc ſita ſunt Eccleſiarũ quoq; miniſteriis, Parochiis, Scholiſ,
Elee-